

medium Tyrrhenum, feruumque Zamolxim, cui Getae sacrificant, Saturnum, vt Herodotus ait, existimantes.

II. Hic, vt praediximus, principio quidem Pherecydem audiuit Syrum. Post eius vero obitum profectus in Samum, Hermodamanti iam feni, Creophili nepoti, se in disciplinam dedit.

III. Cum autem esset iuuenis addiscendi studiosissimus, patriam linquens cunctis fere Graecis Barbarisque mysteriis initiatus est. 3) Denique Aegyptum petiit, quo tempore Polycrates Amasidi per epistolam illum commendauit, illorumque linguam, vt Antipho tradit in eo libro, quem De his, qui virtute principes fuisse, scripsit, edidicit; atque apud Chaldaeos conuersatus est et Magos. Deinde in Creta vna cum Epimenide descendit in Idaeum antrum. In Aegypto quoque adyta ingressus est, eaque, quae de Diis arcana erant, didicit. Deinde rediit Samum, offendensque patriam a tyranno Polycrate incubari, Crotonem in Italia petiit, ibique leges Italis dedit, atque cum discipulis clarus habitus est, qui ferme trecenti rempublicam administrabant ita prudenter, vt ferme ἀρισκρατία, hoc est, respublica optimorum videretur.

μολξιν, ᾧ Γέται θύουσι, Κρόνον νομίζοντες, ὡς Φησιν Ἡρόδοτος.

II. Οὗτος ἤκαστε μὲν (καθὰ προείρηται) Φερεκύδα τῶ Συρίῳ· μετὰ δὲ τὴν ἐκείνου τελευτήν, ἤκεν εἰς Σάμον, καὶ ἤκαστεν Ἐρμοδάμαντος τῶ ἀπογόνου Κρεοφίλου, ἤδη πρεσβυτέρου.

III. Νέος δὲ ὢν καὶ Φιλομαθῆς, ἀπεδήμησε τῆς πατρίδος, καὶ πάσας ἐμυθήθη τάς τε Ἑλληνικὰς καὶ βαρβαρικὰς τελετάς. 3) ἐγένετο δὲ ἐν Αἰγύπτῳ, ὀπηθῆνα καὶ Πολυκράτης αὐτὸν Ἀμασιδί συνέστησε δι' ἐπιστολῆς, καὶ ἐξέμαθε τὴν Φωνὴν αὐτῶν, καθὰ Φησιν Ἀντιφῶν ἐν τῷ Περὶ τῶν ἐν ἀρετῇ πρωτεύσάντων· καὶ παρὰ Χαλδαίοις ἐγένετο καὶ Μάγοις. εἶτα ἐν Κρήτῃ σὺν Ἐπιμενίδῃ κατήλθεν εἰς τὸ Ἰδαῖον ἄντρον, ἀλλὰ καὶ ἐν Αἰγύπτῳ εἰς τὰ ἄδυτα· καὶ τὰ περὶ θεῶν ἐν ἀπορρήτοις ἐμαθεν. εἶτα ἐπανῆλθεν εἰς Σάμον, καὶ εὐρῶν τὴν πατρίδα τυραννημένην ὑπὸ Πολυκράτης, ἀπῆρεν εἰς Κρότωνα τῆς Ἰταλίας· καὶ κεινὸς νόμος θεῖς τοῖς Ἰταλιώταις, ἐδοξάθη σὺν τοῖς μαθηταῖς· οἱ περὶ τὰς τριακοσίας ὄντες, ὠκονόμουν ἀριστα τὰ πολιτικά, ὥστε σχεδὸν ἀρισκρατίαν εἶναι τὴν πολιτείαν.

IV.